



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De excommunicatis non vitandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

erat dictis puellis aliquo patrono aduersus maleuolos, quum non haberent maritos, tutores, nec parêtes, quum muliebris sexus subleuatione aliqua maximè egeat, & sic illa mulier sub illo velamine intra domum ducta, dicebatur introducta, quæ etiam hic prohibetur. Concubina etiam intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur, hanc coniugem facit affectus. c. omnibus, & seq. c. Christiano. 34. distin.

De publicis concubinariis.

Concubinarij à perceptione fructuum suorum beneficiorum sunt suspensi trium mensium spatio, & si interim concubinam non dimiserint, vel aliam assumpserint, sunt suis omnibus priuandi beneficij, & inhabiles, ad omnes honores, dignitates, officia & beneficia ecclesiastica, sine dispensatione superiorum, quæ non poterit illis impartiri si vomitu recidiuo ad concubinam redierint.



ET insuper a statuimus, quòd quicumq; clericus cuiuscunque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis, vel alterius præminentia fuerit, qui post præsentium notitiam (quam habere præsumat post duos menses post earundem præsentium publicationem, in ecclesijs cathedralibus factam, quam ipsi diocessani omnino facere teneantur, postquàm præsentibus ad eorum notitiam peruenerint) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus: quos si superior in fabricam, vel aliam euentem ecclesiarum utilitatē, ex quibus hi fructibus percipiuntur conuertat.

Necnon huiusmodi publicum concubinariū, vt primū talē esse noverit, mox suus superior moneretur, vt infra breuissimū terminū concubinā dimittat: & si illā non dimiserit, vel ea dimissa, aliam publicè resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vsque quo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum beneficiorum, officiorum ve sint inhabiles. qui si post dispensationē, recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant.

ET insuper.) Hic titulus octo habet partes. Prima punit, publicos concubenarios. Secunda, ibi, quod si ii punit superiores clericorum negligentes imponere poenam concubinariis clericis, & prouidet quid agendum. In tertia ibi, publici, declarat qui dicantur publici concubinarij. Quarta ibi, quia verò, prohibet iudicibus ecclesiasticis questus pecuniarios à concubinariis recipere, quòd si receperint, dupli poenam imponit. Quinta ibi, ipsas autem, præcipit prælatis ipsas concubinas à suis subditis arcere, & filios concubinarij habitare. Sexta ibi, iubemus, iubet in synodis & capitulis ista publicari, & omnes subditos moneri ad dimittendum concubinas. Septima ibi, iniungimus, &c. iniungit secularibus, ne impediunt prælatos super concu-

concupinatu clericorum procedentes. Vltima ibi, & cum omne, &c. monet omnes laicos tam coniugatos, quam alios, vt abstineant a concubinato. Hæc est huius tituli summa.

Notanda sunt concubinariis pene, quæ in his de scribuntur.

Primo ergo pœna publici concubinari, est vt suspensus sit a perceptione fructuum omnium beneficiorum, quæ obtinet per tres menses, qui fructus debent conuerti in fabricam, vel in aliam ecclesiæ euidenti vtilitatem. Est etiam de iure suspensus ab officio, c. si 33. dist. Et an sine monitione declarat Panorm. in c. vstra de cohabi. cler. & Preb. in ca. null. 132. dist. & c. seq. vbi ipso iure dicunt eum suspensum, ne requiri sententiam etiam declaratoriam, si sit notorius. & ita text. hic non requirit monitionem. gl. & doct. in c. cum non liceat de prescrip. Et per constitutiones Angliæ Othonis legæ. rubr. de concubinis cler. renouendis, qui eas infra mensem a se non remouet, est suspensus ab officio & beneficio, & si intromittat, de illo est ipso iure priuatus. Ideo non potest collationem committere, teste Collect. in c. tua. 2. in fi. de decis.

Priuatus omnibus beneficiis extra episcopatum existens.

Secunda pœna est ibi, nec non, quod debet moneri per episcopum, vt concubinam dimittat: quam si nõ dimiserit, vel eam seu aliam reassumpserit, priuari debet omnibus suis beneficiis, etiam extra episcopatum existentibus, postquam hic text. generaliter dicit de omnibus. ita tenet gl. in verb. omnibus. in prag. eo. 11. Et sic limitatur c. si compromissaris. de elect. in 6. Imo aliquando ex quibusdam constitutionibus synodalibus priuatur ipso facto. Ancha. conf. 65. pro clariori. col. 1. sed quod de iure debeat priuari, est text. in c. ex parte A. de testi.

Erat tamẽ in arbitrio prælati prius monere, vel priuare, vel suspendere, per rex. & ibi Imol. in c. sicut, & c. si autem de coha. cle. & mulier. hoc intellige quando erat notorius. pro simplici autem fornicatione occulta, licet olim posset priuari. c. prebiter. 82. dist. tamen hodie non. nam ferẽ omnes priuarentur. arg. glo. in c. quia sanctitas. 50. dist. glo. in c. Maximianus. 81. dist. & c. labor. 2. q. 7. sequitur Cor. et. in sing. incip. fornicario. Et Barb. cons. 12. a loue. col. 1. 3. vol. non tamen possunt

compelli ad abiurandum concubinam, quia posset sequi periurium. c. clericos. & ibi etiam Pan. de coha. cler.

Tertia pœna, quod antequam dispensatum sit cù eis non possunt obtinere honores, dignitates, beneficia, nec officia, quia binarii. sunt infames. c. infames. 6. q. 1. Imò si ante dispensationem a sede apottolica obtentam celebrauerint, efficiuntur irregulares, & suum beneficium poterit impetrari. teste Arch. in c. præter. §. ad hoc. col. pen. 32. di. sequitur Alphons. Thostanus in tract. contra clericos concubina. concl. 3. quia a iure concubinarius est suspensus, vt supra dixi, & suspensus celebrans efficitur irregularis, per tex. in c. is cui. de sent. excommuni. in 6.

Infames sunt concubinari.

Quarta, quod hic concubinarius perseverans in crimine, si fructus beneficii receperit, tenetur illos in conscientia restituere, quia nec iuste percepit, nec suos fecit. Imo in c. sicut. de coha. cler. Prepo. in c. præter. 32. dist. Nam beneficium datur propter officium. c. si. de reser. in 6. qui non potest seruire ex sua culpa, non potest ecclesiæ fructus recipere. capir. cum secundum, & ibi not. de preb. ca. proposuit. de filiis presbyter. ca. eos. 81. dist. in 6.

Fructus beneficii suos non facit, ideo eos debet restituere.

Quinta pœna est, quod si post dispensationem iterum receperint aliquam concubinam, perpetuo sunt inhabiles tam ad dignitates, quam ad aliqua beneficia, nec vnquam poterit prælatus cum eis dispensare extra sedem apostolicam, quia episcopus non potest bis dispensare cum illis, imò contumacia crescente poterit degradari. §. presbyteris. in an. de sancti. epi. col. 9. c. clericos de coha. cler. & gl. prag. in verbo. animaduertiant, quia quos diabolus coniunxit, difficile est separare, vt sunt hi concubinari.

Inhabiles ad beneficia.

Sexta pœna est text. quod non possunt habere domi suos filios, quos in concubinato genuerunt, ne eisdem possit dici, Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensuræ tuæ, & ne generent scandalum. no. in c. 1. de coha. cler. gl. eo. 11. in prag. in verbo. cohabitare. plenius tractat ad eam recurrito, & etiam quia in singulas horas eos videndo delictarentur in suo peccato. nam hodie sacerdotes suos bastardos gratius intuentur quam so-

Pater presbyter nõ potest secum suos habere filios.

HHhhh

sem: ita quod cæci efficiuntur ratione magna delectationis quam habuerunt, ut puniantur in quo deliquerunt. *c. postulasti. Et ibi dixi. vlt. no. de cler. excom. minist. & quia dicitur. Elice ancillam, & filium eius quod fuit dictum Abraham. Genes. 21. c. Et in c. non omnis. 22. q. 2. Et quia filii iungant se concubinariis, erunt peruersi, iuxta dictum Salo. Ecclesia. 19. c. qui se iungit fornicariis, erit nequam, & putredo & vermes hereditabunt illum. &c. Vnde dicit Bar. in l. in concubinato. ff. de concu. quod filii nati ex clerico beneficiato non legitimantur per subsequens matrimonium, quia tempore quo obtinebat beneficium, uxorem habere non poterat. quod reprobatur Pet. de Vbal. in tract. de successio. ab intesta. col. 67. fo. 17. quia licet habere beneficium, si non erat in sacris, uxorem ducere poterat: *c. a. de cler. coniug. cui ego assentio.**

Filii nati ex clerico legitimantur per subsequens matrimonium contra Bar.

Concubinari non possunt donare concubinis.

Septima poena, quod non possunt donare, concubinae, quam benignius intuentur quam matrem, & si donauerint, donatio illi facta non valet. *l. 2. c. de don. inter vir. & vxo. arguendo. de milite ad clericum, sicut arguit gl. in l. miles. ff. de re iud. & ita expressè tenet Pan. in c. de cler. agrot. Et c. si de ordin. ab episc. Et gl. in verbo. partes. eo. ti. Nec valet legatum, vel institutio hæredis per illum clericum concubinarium, sed debet fisco applicari. *l. Claudius. cum seq. ff. de his quibus ut indig. Bar. expressum in l. miles. ita. S. mulier. de test. milu. sic. confidetur. Benedi. de benedicti. in consi. 127. cum v. pre. supponitur. nam si isti canonici, & alii sacerdotes diuites possent donare suis concubinis, mulieres sapienter natura fragiles allicerentur ad coeudum cum prædictis, & etiam in blanditiis & delinamentis spoliarent hos clericos, qui communiter fatui sunt circa hæc mulieres. multa dicit d. de Petra. in tract. de viribus. iura. in tertio. effectu. sed non tanta quibus irretiti sunt hi miseri concubinari.**

Absolui non potest concubinaris ante concubinae dissolutionem.

Guido Pap. sing. 295. vide Cap. de. 102.
Octava poena est, nam sacerdos lapsus in fornicationem, tantum decem annis poenitere debet, prout disponitur in *c. presbyter. 82. dist. 1.* quem tex. vltimam sacerdotes intelligerent, & nouissima præuiderent, quia

id temporis concubinas non apparerent, & dicitur in *c. si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post diaconi gradum acceptum fuerit fornicatus, aut moechatus, deponatur: & ab ecclesia profectus inter laicos agat poenitentiam. 81. dist. c. si quis episcopus.* Vnde concubinaris publicus non debet absolui, nec concubina nisi fuerint cum effectu segregati, tum ut vitetur scandalum, tum etiam quia non censetur contritus, quia concubina tenet, & sic absolui non potest, etiam si occultus fuerit, si dubitetur de peccati continuatione. *c. legatus. 24. q. 2. c. audite. 34. dist. Angel. Clauas. in sua Summa in verbo concubinari. Imò peccat mortaliter sacerdos, qui istum absoluit, nisi prius concubinae abiecerit. ut plene probatur in li. vocato directo seu castigato, concubina. Plus dicens, quod si fuerit laicus debet ei curatus denegare sacra Eucharistia cum in dedecore perseveret. *c. pro dilectione. de consecra. dist. 2. Et in d. castig. q. 6. in prin. Et conclu. 1.]**

Nota, quod nullus debet missam illius audire, alioqui audiens peccat. *preter. 32. dist. 1.* Nec ab eodem sacramenta recipere, nisi sacramentum baptismi, poenitentia, & Eucharistia, in mortis necessitate. *bon. Et alii. in c. fraternitatis. col. 2. de here. tum quia non sunt digni conficere, & si conficiant, non sunt digni audiri, tñ ut confossi de culpa ad gratiam redeant. Ad hæc ut alii retrahantur ab illorum imitatione. Bonauer. in 4. sen. dist. 13. q. 4. Et Thostatus vbi supra. conclu. 4. in addit. Imò plus peccat, secundum eum, excommunicato, in concl. 13. & concl. seq. dicitur, qui accedit ad videndam Eucharistiam inter manus publici concubinari seienter, peccat mortaliter, quia est in fraudem legis: secus si non ex proposito, hoc faceret. hæc sunt verba illius, quia benedictiones illorum vertuntur in maledictiones. *c. si quis presbyteri. 81. dist. 1.* Fugendi ergo sunt isti, sicut pestis. *c. negotiatorum. 88. dist. 1.* & eo casu missam parrochiani audire possunt in aliena parrochia contempto suo presbytero. *c. 2. de par. licet alias regulariter contra.**

Decima, quod non solum est exclusus a potestate celebrandi missam, sed etiam illa

ei in choro tempore celebrationis diuinorum, & sic non poterit habere distributiones, sed accrescunt aliis bonis. *Præpo. per illum text. in d. c. præter 32. dist. quia concubinari bona ecclesiæ comedere non debent. glo. in c. hanc consuetudinem. 10. quæst. 1. nec electionib. interest. l. in. in c. sicut. de coh. cler. sed sicut leprosus ab omnibus vitari debet, ut si timore peccati non arceatur, salte bonorum metu, ne fame pereat, quia hoc genus homines plus amissionem bonorum quam animæ timent. & vide tex. in c. eos. di. dist. ubi sunt priuati beneficio.*

Diabolus vitur concubina & concubina.
Vndecima, quia sicut rusticus vitur suo iumento, ita diabolus & concubina & concubinario, ut in simili dicit *gl. in c. audi demique. n. q. 1. & in c. dilectis. de ap. dicit eos habere membrum diaboli & requiescere cū diabolo dicuntur, & non super dominū, nā is requiescere super dominū dicitur, qui obtentu sacerdotii vel prophetiæ, nō viuit luxuriosè. *gl. in c. iudices. 1. qu. 1.* Vnde dicit Aug. mallè sustinere penā Caiphæ, Herodis, & Pilati, quā penā sacerdotis indignè celebrantis, scilicet concubinari.*

Duodecima, quod si impetrent rescripta post suspensionem, vel depositionem hoc tacito, illa non valebunt. *c. super eo, de coh. cle. & ibi Card. & Anch.*

Pauperes & miseri concubinari.
Decimatertia est, quia concubinarius pauper & miser est, etiam si diuitias Midæ, aut Cresi ante concubinatum haberet. *Prover. 14. in si. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum, & maximè hoc peccatum. Eccl. 9. Ne des fornicariis animam tuam in vilo, ne perdas te, & hereditatem tuam. hoc etiam nos docet experientia, quæ est rerum magistra. c. quam sit de elect. in 6.*

Cito moriū tur concubinari.
Decimaquarta, quia cito moritur, nec permittitur longo tempore viuere ratione scandali super terram. Vnde dicit diuus Pau. ad Cor. 10. neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Legimus de Caio Cæsare, qui adeo libidine & inuidia flagrauit, vt omnem vsū scientiæ iuriconsultorum se aboliturum non semel iactauerit, ne quid præter æquum respondere pos-

sent, liberam magistratibus iurisdictione & sine appellatione concessit, cum omnibus suis lororibus stupri consuetudinem fecit. ideo triennio & decem mensibus tantum impetrauit, teste *Ayma. Rival. in historia iuris ca. uilis, fol. 102. lib. 4.* Idem dicitur ibi paulo post de Galba, qui septimo mense postquam imperium susceperat, occisus fuit. Idem dicitur de Ant Bassiano. de Carolo 8. *tradit Gag. in eius vita. & Leui. 15. c. in f. dicitur, Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immunditias & non moriantur in fordib. suis. & animalia multum cœuntia cito moriuntur. Aristo. lib. 2. de natura animal. quod bene nouit D. Probus in addit. ad Ioan. Monac. in rub. de vita & honest. cler. in 6. & de nocuentis coitus tradit Auic. Fen. 21. rub. de nocuentis coitus. & plenè D. Tirag. in tract. de legib. conubial. fol. 150. & seq.*

Decimaquinta, omnes concubinarij sunt surdi, non audientes dicta Sapietum, sed agreferentes corripientes illos. *Eccl. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiciet illud post dorsum suum.*

Decimafexta, semper sunt in rixa & in clamore domi concubinarius cum concubina, & tenebras in horas dicunt maledictiones datas Abiron. Ille concubinae imprecatur, hæc omnia mala in illum retorquet, satis experientia probantur ista. non alias probò, quod aliquando coniugatis contingit, si habeant vxorem zelotypam. Sed concordantia matrimonia turbari nō debent. *l. 1. in f. ff. de liber exhib.*

Decimaleptima, ab omnibus amicis relicti moriuntur, & omnibus destituti, ac nudi sicut venerunt, reuertuntur. *Psal. 87. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.*

Decima octaua, quod subditi non tenentur eis soluere decimas volutarias, seu personales, aut oblationes, cū ab officiis eorū liceat abstinere. *Præp. in c. præter 32. di. sed auctoritate episc. in ecclesiæ utilitatē cōuertī debēt. Car. in c. tua 2. q. 6. de dec. & si episc. esset notorius fornicator, posset parrochianus sine episc. auctoritate in utilitatē eccles. vel pauperū, sua auctoritate cōuertere. Thost. cōc. 10. vbi sū. Imò subditi prælat. fornicatorē*

Surdi & in rixa sunt omnes concubinarij.

Decime nō sunt concubinarij sol uenda.

notorium euitare possunt etiam ante sententiam. *gl. & doct. in c. cum non liceat. de pre. feri. Ideo non debent confiteri parrochianis concubinariis, alioqui peccat illis confitens, & iterum tenetur confiteri, cum concubinarius nullam habeat iurisdictionem, quia est suspensus, vt supra dixi. Henric. Boh. in c. omnis. de pen. & remiss.*

Tristes concubinariis vt haeretici

Decimanona, semper tristes incedunt, ac tribulati sicut haeretici *Apo. 2. c.* Dedit illi tempus, vt poenitentiam ageret, & non vult poenitere à fornicatione sua: & ecce mittam in eam luctum: & qui moechantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, & *17. c.* [Et vbi est reatus, ibi non potest esse gaudium. *Bal. in c. irrefragabili. de offi. ord. & Dauid, non gaudebit inimicus meus super me.]*

Vigesima, experti sunt omnium casuum, & infortuniorum, vt dicit *Leonard. de Vtino. in sermo. 43. de legibus.*

Femina, corpus, opes, animā, vim lumina, vocē Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat. Corpus, opus, animam, consortia, federa, summa, Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Vigesima prima, desperati moriuntur, vel subitanea morte. Legitur *Iudi. 16.* quod Samson à Dalila deceptus, seipsum & plures Philistinorum homines interfecit.

Subita concubinariis morte decedunt, & dantur carcerem sepulchra.

Vigesima secunda, damnati cum demonibus semper ardent. *Dauid in Psal.* Omnes qui elongant se à te, peribunt. Perdis omnes qui fornicantur. *Dimus Paul. ad Ephes. 5.* Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Dei. & *ad Gala. 5.* idē dicitur. & *1. ad Cor. 6.* neque fornicarii regnū Dei possidebunt. Et debent carere ecclesiastica sepultura, si impoenitentes decedat, teste *Leonard. in dicto sermo. quadragesima. 43. in primo testimonio legis euangel. in h. per. ca. quibus. 13. q. 2. Apo. 21.* Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. *arg. c. quia in omnibus. de vsuris.* [Et dicitur.

Ipsi Veni campos non dabit Elysios.]

Vigesima tertia, potest vxor procurare ne maritus accipiat concubinam, & impedire, & prohibere ingressum concubinae, vel eam expellere. *arg. Inon. aliter. & ibi. ff. de vsu. & habi. & si non possit prohibere, poterit agere contra maritum, vt concubinā dimittat, & eam accusare ciuilliter & criminaliter. *Salic. in l. 1. m. 4. opp. Cal. ad l. liliam. de adult. Imo potest discedere à suo viro, si vir habeat concubinam: nec erit restituenda, nisi vir praestet cautionem de expellenda concubina, & non tenenda vel reallumenda, etiam per poenitentiam appositionē. *arg. c. ex transmissa, de restit. spol. quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina, quae vitæ vxoris infidiatur. *Bald. in c. 1. col. 2. vt linc non comesta. Card. Alex. in c. ex parte. in fi. de sponsa.****

Et hoc anno 1543, die 3. Aprilis ante Pascha fuit pronunciatum in hoc tenatu contra quendam nobilem Andeg. vocatum *des leuocra. Hommes*, eo quod concubinam haberet, vt *buuocra. personaliter in senatu compariturus* et esset, responsurus petitionibus procuratoris regis, nisi compareret tempore praestituto, quod caperetur vbicunq; etiam in tra loca sacra, si non posset praehendi, quod ad tres breues dies citaretur, insequendo formam *l. iner. ff. de publi. iudi.* Et interim voluit illius bona capienda & satisfienda cum aliis poenis. Vtinam omnes adulteri sic puniretur, & *Zaleuci lex*, de qua in prin. concordato scripsi, seruaretur.

Vigesima quarta, omnibus ludibrio sunt & scandalo. *Naum. 3. c.* dicitur, *Vt ciuitas sanguinum non est finis cadauerum in te propter multitudinem fornicationū meretricis speciosae, & gratae, & c.* ecce ego reuelabo pudenda in facie tua, & ostendā gentib; nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuā, & proiciam super te abominaciones tuas, & contumelias te afficiam, & ponam te in exemplum, & c.

Vigesima quinta, à promotione ordinū repelluntur. *c. 1. & c. laici. & ibi Prepos. no. 33. rias. d. 1. dis. Et episcopus eligi non potest, nec nominari. c. si quis episcopus. 34. dist. Bernab. rias. vt prohibet de episc. in 1. parte. 2. li. qu. 6. quod vtinam seruaretur, & ii concubinari extra Herculis col.*

columnas proicerentur, ne factore illorum alii corrumpantur. Nempe Tibullus Poëta Ethnicus sic ait.

Casti placent superis, pura cum veste venire,

Et manibus puris Iunice fontis aquas.

Et Grapal. lib. 2. de partibus ædium inquit. Christo casta placent, manibus purissima puris.

Frangite liba manu, sic procul omnis odor.

Et ideo curati debent interdicere, ne in suis ecclesiis celebrent, ne factore illorum alii inficiantur. & episcopi qui illos sic tollerant, pro ipsis Deo opus maxi. respondebunt, quia non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obtinere. cap. error. 83. dist. [& utinam hi omnes eunuchati essent sicut olim erant sacerdotes Bethsynthæ matris, & ob memoriam Atys.

Vigesima sexta, quod concubinarius furioso comparatur. Valer. lib. 4. tit. 3. sic ait, Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus vteretur veneris, inquit, dii meliora, libenter enim isthinc tanquam à furiosa quadam dominatione profugi, Melius probat text. in §. illud. in aut. quib. mod. nat. effe. leg. vbi dicitur, nihil furore amoris vehementius. & ibi glo. dicit.

Non frater fratri, cum furor ille venit.

Igneus ille furor nescit habere modum.

Facit l. fil. in §. hæc autem. in aut. quomodo opor. episc. coll. 1. & tex. in l. 2. §. in iur. ff. de orig. iur. vbi in tex. habetur, quod captus amore virginis omne phas atque nephas committeret. & plus dicit ibi Bal. quod amor puellarum peruertit sensum. vide gl. in l. vna. C. de senat. usc. Clau. Item ebrio æquiparatur. inst. de success. subl. nã vt vino quis capitur, ita & amore mulieris.

Vt Venus eneruat vires, sic copia vini,

Vnonaque modo vma Venusque nocent.

Hæc Vergil. in paruis operibus. Et sic ut ebrius non potest se dissoluere statim à vino, sic nec fatuus concubinarius à sua ganea.

Vigesima septima pœna est, qui etiam tria mala oriuntur præter supradicta. Primum quod propter istum concubinatum publicum corda aliorum maxime laicorum

scandalizantur. Secundo vituperatur officium ecclesiasticum. Tertio præbetur aliis materia peccandi. c. si mala. 2. q. 5. c. significasti. de adul. & c. magne. de voto. gl. eo. tit. in prag. si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?

Item per vitia luxuriæ demones coluntur, & templum Dei violatur. c. in eo. 32. q. 4. & l. ad Cor. c. 3.

Vigesima octaua est, isti concubinarius potest bonis interdici, sicut mulieri luxuriosa. l. & mulieri. ff. de cura. sur. quia est prodigus morum. glo. in l. si quis cum sciver. ff. de vsu. pro emp. Bald. in l. ea lege. in fin. C. de condi. ob. cau. & maior est prodigalitas morum quam rerum, vt probat text. ibi, Fame sue prodigos. C. de his qui potentio. no. Bened. in reper. c. Raynuius. in verbo, mortuus, in i. num. 31. de testa. & expresse d. Aurio. in addi. ad Guillel. de monte laud. in cap. grandi. de suppl. neg. prel. lib. 6. plene Tho. Ferrar. cauel. 6.

quamquam meretricis. vbi dicit notabile hanc esse cautelam contra meretricem, vt non possit de bonis suis disponere. not. in cap. pastoralis. de iud. & quando episcopus habet plures in suo episcopatu tales furiosos concubinarios, non debet eos omnes suspendere, vel excommunicare, sed debet à maioribus incipere, vt alii exemplo illorum terreantur. tex. & ibi Pan. 3. not. in cap. clericos. de coha. cle. Hodie sicut tela araneorum capit paruas muscas, & magnas dimittit, ita & officiales, & sic delicta magnorum celantur, & non puniuntur. gl. in l. ad splendiores. C. de diuersis offi. lib. 12. dicã ergo cum propheta, Exurge domine, cur obdormis & sinis eos viuere super terram? potest dici, quia es iustus, fortis & patiens, vt alibi idem David dicit. Possent hic etiã alias pœnas congerere, sed has timeant concubinarii, qui plura, damna toti ec. lesiæ viuentibus, scilicet, & morientibus inferunt. imo maior est meruenda locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, quia Dei magis in se iracundiam prouocant, quam per se ipsos placare debuerant. Greg. in c. Feriur. §. vulnerato. i. q. 1.

Vigesima nona, igne zelotypiæ torquetur, & deficiantur. Spe. in tit. de spon. a.

HHhhh 3

Concubina
rio potest
bonis inter-
dici.

Cautela e-
st contra
meretricem.

Curati non
debent per-
mittere, vt
hi, in suis
ecclesiis
celebrent.

Concubina-
rius furio-
sus compa-
ratur.

Mala ori-
untur ex con-
cubinatu.

Zelotypia §. postremo. vers. forma ab iste die. vbi dicit de-
igne torquē- rios plus laicis igne zelotypia vri, sicut
tur concu- capo in pullos.

binarii.

**Matrimo-
nium an pro-
sumi de-
beat**

Trigesima, is qui habet concubinā, &
procreat filios censetur contraxisse matri-
monium ex cohabitatione, & filii erunt le-
gitimi nisi protestetur, quod non inten-
dat contrahere matrimonium. text. & ibi
gl. in libere ff. de ritu nuptia, quod procedit
de iure ciuili, quando non erat magna in-
ter eos disparitas. secus de iure canonico.
gl. in c. is qui. 34. dist. Curmus in l. pe. in fin. ff. de
iuris om. iud. Igitur deleantur isti concubi-
narii iuxta Dauidis sententiā, de libro vi-
uentium, & cū iustis non scribantur. Psal.
68. vbi octo poenā concubinariorum in-
tueri possunt.

Sed ista poenā locum non habent in eo
qui vxorem habet sine solennitate tamen
ecclesie, vt apud Baion. & Bier. interdum
fit, nempe illi monendi erunt, & cogendi,
vt solennitatem ecclesie recipiant, & tunc
vocabitur vxor, quā antea vocabatur cō-
cubina. cap. omnib. 34. dist. & supra in rubr.
scripsi.

Puniri vult negligentes prelatos, qui hosce nō
punium concubinarioros, vt in hoc text. continetur.

§. Quod a siii ad quostalium
correctio pertinet, eos (vt prædi-
ctum est) punire neglexerint: co-
rum superiores tam in ipsos de
neglectu, quā in illos pro con-
cubinato modis omnibus digna
punitioe animaduertant: in con-
ciliis etiam prouincialibus & sy-
nodalibus aduersus tales punire
negligentes, vel de hoc crimine
diffamatos, etiam per suspensio-
nem à collatione beneficiorum,
vel alia condigna poena seueriter
procedatur. Et si ii quorum desti-
tutio ad nos & sedem prædictam
spectat, per concilia aut suos supe-
riores propter concubinatū pu-

blicum reperiatur priuatione di-
gni, statim cum processu inquisi-
tionis ad nos deferantur. Et eadē
diligentia & inquisitio in quibus-
cunque generalibus capitulis, et-
iam prouincialibus, quo ad eos
seruetur: poenis aliis contra præ-
dictos, & alios non publicos con-
cubinarioros à iure statutis, in suo
robore permanfuris.

a §. Quod si ii.) Hic patet quomo-
do prelati negligentes punire concubi-
narios puniantur. Peccant etiam morta-
liter, maxime si pro temporali commo-
hoc tollerent, & pari poena puniri debent.
cap. vt clericorum. ver. prelati. de vi. & hinc.
de. Præp. in cap. præter. §. fin. col. 7. dist. in. 32.
vide text. in cap. ex multis. 1. q. 3. & ibi gl. uno
magis peccant, quam concubinarium, cum
auctoritatem & defensionem delictis præ-
stent. c. quis aliorum. 24. q. 3. c. qui constituti. n.
q. 3. Et episcopus qui talium crimina non
corrigit, magis dicendus est canis impu-
dicus, quam episcopus. cap. nemo. 87. dist. &
suspendi debet. c. si quis episcopus. ibi. quod
facit contra bailliaum Montispefful. qua-
stum à meretricibus & cōcubinis intra ci-
uitatem degentibus recipientem. vide text.
in c. negligere. c. 2. q. 7. Aufer. in repe. de. 1. m.
de offi. ord. deberent ergo prelati animadu-
uertere in istos facinorosos concubinari-
os, sed forte posset illis dici, Clodius accu-
sat mœchos, & per hoc dicit Ioan. And. in
cap. fin. de reb. eccles. non alien. Pontifices
muti, de iure suo male tuti. Cum sint cor-
nuti, non audent cornibus vri.

Publici concubinarium quatuor modis dicitur,
primo qui per sententiam sunt condemnati,
vel in iudicio confessi, vel de quibus constat per
rei euidentiam. & qui tenent mulieres suspectas,
& diffamatos, post admonitionem.

§. Publici a autem intelligē-
di sunt nō solum hi quorum con-
cubinatus per sententiā, aut con-
fessio-

festione in iure factam, sed per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

a Publici. Quatuor modis publici dicuntur, *in l. de iust. & iur.* & *in cap. vestra. & c. tua nos. de cohab. cler. vide etiam per text. & docto. in l. i. ff. de iust. & iur.* Alia licet videre per gloss. *pragna. sanct. eod. tit.* & per hunc text. declaratur, quis dicatur usurarius publicus, seu manifestus. *de quom. cap. i. & in c. quamquam. de usur. in 6. & ibi multa addidi. vide Ang. in disput. inc. usurarii manifesti.*

Notandum est quod clerici retinentes in domo feminas prohibitas, peccat mortaliter *text. in c. interdixit. 22. dist.* Ratio est, quia malum exemplum dant laicis, & omnibus eam videntibus. vnde dicit Aug. *de singularitate cler.* Quales præmium facilitatis expectat, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed fidelibus perniciosum præbet exemplum, ut infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicis impudicissimæ castitatis præbeat magisterium. & abbas qui non verbis de exemplis mandata domini ostenderit, deponi potest. *c. si quis abbas. 8. q. 2.* sed hodie si ille text. seruaretur, bene multi deponerentur, vnde prælati tot mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exempla transmittunt. *c. precipue. n. q. 3.*

Item propter custodiam castitatis, quæ difficile seruat clericus cohabitando cum mulieribus. *cap. hospitium. 32. dist. & Proverb. 6. cap.* dicitur, Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius? Itē ob perfectionē virtutis, ad quā cum difficultate ascendit, qui cōsortio fœminarū delectatur, *vt dicit beatus Hiero. ad Oceanum.*

Præterea conuenit institutioni clericali non tenere mulierem, vt Aug. *ubi supra* dicit, Vt quid sibi abhuit muliere, qui ducere contempsit vxorē? omnis qui non manducat carnē, vt quid habitationē suam carnē apparatib. replet? & qui nō biberit vinū vt quid vini oblectatione perfruitur, &c.

Vnde scribit Cyprian. *in l. de singularitate clericorum* sibi fuisse à domino reuelatū, ne sacerdotes cum fœminis commune haberent contuberniū, per scripturarum testimonia etiā antea prohibitū fuisse asserit & per hoc consuluit Bertr. *cons. 55. multa sunt. col. 3. vol. 2. ex noua impressione.* Plus dicens quod sacerdos non tenetur habitare in domo illius coniugati, qui titulum eidē assignauit: sed potest compellere eum, vt extra domum eidem alimenta præbeat. Si mulier in domo illius habitabit. *ibid. vide.*

Sacerdos habens ciuili antea tenetur morari in domo cōiugati mulierib.

Insuper, propter excellentiam ministerii sacerdotalis: nam dicitur, Mundamini, qui fertis vasa domini. *ca. necesse. 1. q. 3.* Et Hiero. *ad Oceanum*, Quid tibi clerice, cū fœminis, qui cum domino ad altare familiaris? *Prepo. in d. a. interdicit.* Et quod non liceat regularibus tam monachis quam canonicis habere concubinas, nec alias mulieres in domibus eorum. patet per totum titulum de cohab. cler. & sic fuit conclusum Tholosæ, teste Aufrerio in dec. Thol. q. 443.

Prælati quæstus à concubinariis recipere non debent, & si receperint, duplum restituent, sed condemnationes ad pios vsus applicare debent.

§. Quia a verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus à concubinariis percipere non erubescunt patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ, præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstus tanta quouismodo tolerant, aut dissimulent. Alioquin vltra præmissam negli-

negligentiæ poenâ, duplum eius quod propter ea acceperint, restituere, & ad pios vsus omnino conuertere teneantur & compellantur.

a § Quia verò. Ex hoc text. patet quod pro hoc delicto non potest episcopus, officialis imponere poenam pecuniariam clerico, conuertendam in vsum episcopi, sed debet conuerti in vsus pios. l. 2. c. de episcopo. aud. & ibi pulchre Bald. Panorm. & Fel. in cap. irrefragabili. §. ceterum. de offic. ord. vbi traditur regula cum limitationibus, quod episcopus potest imponere poenam pecuniariam si magis timeatur, & de

Episcopus ber conuerti, vt hic. Henric. in cap. presbyteri an possit poenam pecuniariam imponere clerico. in 2. distin. de penis. per cap. dilectus. de offic. ord. Barb. in rubr. de constit. col. pen. Affer. in re-nariâ impet. cle. 1. col. 98. in paruo vol. de offic. ord. Et ponere, & præsumitur facere causa quælitus, quando imponit poenam pecuniariam, & in suam conuertit. Henric. Boic. in d. cap. irrefragabili. Imò si episcopus vel officialis non exprimat, ad quem vsus conuertatur pium, videlicet ad dandum tali pauperi, vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vsus pios conuertendam pecuniariam, tamen solet ab eis appellari ab abusu ad senatum, qui hunc abusum reformatur per hunc text. etiam in aliis casibus. nam vult senatus vt exprimat ad quem vsus pium: ne fiat fraus huic cõstitutioni.

Præceptum Idem si præcipiat sub poena decem, vel sub poena pecuniaria, nam hoc vidi à senatu reformari, tanquam abusiuum, anno 1533. die secunda Decembris, contra officialem Cabillionen. vnde dicit glos. in cap. cum multa. 15. q. 1. quod ecclesia perdidit ius exigendi poenam pecuniariam pro sacrilegio impositam, in c. quisquis. 17. q. 4. Sequitur Benedic. in repet. cap. Raynuitus. in verbo, mortuo, in l. num. 32. de testam. licet Panbo, & alii illam gl. reproben in cap. cum sit generale, col. 5. num. 14. & seq. de foro comper. Et intelligite eum, vt hic scribitur, quod poena pecuniaria imponi possit ad vsus certum pium & expressum, non alias.

Valeret tamen statutum episcopi imponens poenam pecuniariam vltra poenam iuris, si non procedat à radice cupiditatis, dummodo non imponeret pro quolibet crimine. Host. in summa, rub. de offi. ord. §. quid perinet. 2. vers. non tamen. Pan. in cap. licet. col. 2. de penis. & c. de causis. de offi. deleg. col. 3. sequitur Henric. Boic. in tract. de synodo episcopi. m. 3. parit. art. 1. num. 120. & seq. an. p. 8. quia tunc statutum secundum eos punit, non episcopus. Ideo cessat in primo cupiditatis. vide ibidem fufius, quia per breuitatem temporis non possum alia scribere. die 7. mensis Ianuar. anno 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianen. qui recipiebat sextam partem beneficiorum, pro non residendo, & dando licentiam non residendi, & fuit factum præceptum eidem, vt feruaret hæc facta concordata, quia episcopus non debet recipere nisi cathedralicum. cap. congregante. de offic. ordin. alias punitur in quadruplum. cap. quoniam. 13. dist. cap. constituc. on. & cap. nulli. 16. q. 1. pro cathedralico tamen, vltra duos solidos soluatur, valet præscriptio. cap. olim de censib.

Alias fuit prolatum arrestum in curia parlamenti Paris. per quod fuit factum præceptum episcopis, & archiepiscopis, ac aliis collarioribus huius senatus, ne vltra aureum fumere haberent pro collatione vnius beneficii inter Guylegier, & Antonium More, anno 1522. die 12. Martii, vel si bene recolo, anno 1523. die vero octaua Februarii. Et ne pro iucundo aduentu aliquid exigant, Anno 1521. die 4. Iunii, nec etiã pro charitativo subsidio, vt fuit iudicatum contra episcopum Maleacensem eo anno, die 14. Maii: & quando possit imponi, & ex quibus causis, scribit plene D. Boer. in dec. Burdeg. q. 133. iuxta pollicitationem, cum multa. q. 139. etiam anno 1538. contra officialem Ambianen. requirente regis procuratore, fuit dictum, officialem non posse laicos condemnare in emendam pro crimine adulterii, fortè quia fere omnes sic possent condemnari, nempe, adultera sunt in hoc regno frequentia, eo quod non puniuntur. Notandum tamen est, quod licet

Curati pro sepulchris, & aliis quando reuocari possunt.

licet curati nil debeant recipere pro sepultura. *abolenda. de sepulchris*, nec pro exequiis mortuorum, benedictionibus nuptiarum, & aliis spiritualibus, tamen laudabilis consuetudo est obseruanda. *cap. ad ap. 7. de iur. de sumo.* & fuit permissum a tenatu, vt laici compellerentur à iudicibus ecclesiasticis contra aliquos laicos, quia appellauerant, tãquam ab abusu, Anno 1528. die 4. Martii. Alioqui nõ possent curati viuere, cum quidam nil habeat certi, nec decimas, nec alia bona, & postquã ministrat spiritualia, dignũ est vt metant carnalia, secundum doctrinã D. Pauli ad Cor. 9. & c. cũ ex officio de præscrip. maximè cõpelli debent, hoc in ælicis temporibus, in quo omnis deuotio petit circa Deum, & eius ecclesias, de quo scribit Rom. cons. 344. in casu. *Et consulu. l. ano. cons. 7. in 3. q. in 2. volu. quod singula ecclesia debent conferre quando opus vadit ad Papam, regem, vel ad synodum vniuersalem, quod intelligerem verum quando episcopus tenues haberet redditus, aliã non.]*

Praelati concubinas à suis subditis, etiam per brachii secularis auxilium si opus sit, arcere debent, & filios apud patres concubinariorum cohabitare non permittant. Hoc dicit.

§. Ipsas autem concubinas, aut suspectas praelati omnibus modis curent à suis subditis per auxilium, & brachii secularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, quia etiam filios ex tali concubinato procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant.

§. Ipsas) Et sic concubinæ clericorũ possunt puniri per praelatos ecclesiarum, quib. subditi sunt clerici illis adhaerentes, quia sunt de foro ecclesiæ. *gl. in c. eos 32. dist. 8. & quia peccant in ecclesiam turpiter adhaerendo clerico. P. an. in c. si concubine. de sent. exc. Item quia laicus delinquens cum cle-*

rico, efficitur de foro ecclesiæ, c. 2. de cobab. Cautela vnde. Et sic inferitur, quod si quinque committant homicidium, inter quos vnus sit clericus, ratione connexitatis remitti omnes debent ad iudicem ecclesiasticũ: tũ ne cause continentia diuidatur. l. nulli. C. de iur. tum ne sequantur diuersæ & fortè cõtrariæ sententiæ, ad hæc vt priuilegio clerici gaudeat non priuilegiatus. vt in l. si communem. ff. quem ad. ser. amir. Iltam cautelam tradit Tho. Fer. cautela 10. si coningat. quẽ sequitur Hip. in sorg. 13. las. in l. si emancipati. col. 3. vers. nota tu diligenter. C. de col. vbi adducit sexdecim similia hoc tamẽ non patiuntur regales obseruari, sed quilibet in suo punitur foro, vt vidi seruari in pract. vt alibi scripsi.

Quarò, an concubina clericici possit puniri per iudicem secularem: Videtur quod non, quia concubinatus de iure ciuili est permissus per totam et. de concu. ff. C. & sup. dixi. & ita tenet. Aret. in l. ex parte. §. mulier. ff. de verb. ob. lig.

Contrarium teneo, tum quia hic concubinatus prohibetur, & est lex regni, facta à Papa & Rege, tũ quia ad officium iudicis secularis pertinet compellere remediis secularibus, vt homines honestè viuãt. l. iustitia. puniunt. & ibi Albe. ff. de iustit. & iur. §. iuris præcepta. inst. illo ut ita tenet Paul. in d. §. mulier. Et hoc intelligi debet in concubina publica, secus in secreta. Anch. cons. 195. magnificè. 2. q. vbi dicit non valere statum laicorum editũ contra concubinas clericorum, quia ob hoc percutiuntur mala fama corda clericorũ, & vituperatur ministerium ecclesiasticũ, & in mentibus fidelium scandalum generatur. c. presbyter. 2. q. 5. & c. si mala fama. ibidẽ. Iaf. in l. cum quẽdam. in prin. col. vlt. ff. de iuris. omni. iud. Et plenè Fel. in c. ecclesia. nu. 102. q. 16. de cons. Hic non dubitatur, cum lex sit facta à duobus magnis dominis, quin valeat, sed per hoc non posset iudex secularis ex officio inquirere contra concubinam clericici secretam, & eam punire, vt concludit Anch. d. cons. 196. col. 3. ibi, vide fufius.

Hodie tamen non prohiberetur, & bonum esset quod inquireret, postquam iudices ecclesiastici sunt negligentes, & iudices seculares in hoc regno solent tales cõ-

cubinas & clericos illas habentes punire: maximè Parlamenta Franciæ, vt vidi feruari sæpius in hoc parlamento, & debet vigilare maximè contra abbates, & episcopos concubinas habentes, vt Senatus Burdeg. fecit, de quo referi Boer. in decis. suis. q. 72. que litio. fuit.

Quid si prelati sint negligentes, & non intuent brachiumulare contra hocce furentes concubenarios, an iudices regii possint compellere ipsos concubenarios clericos, vt dimittant suas concubinas, & eas punire? Resp. sic, quia regales efficiuntur conseruatores istorum concordatorum per Papam. in rub. de procello. concord. infra. & sic auctoritate & Apostolica & regia hoc faciunt, quia honesta viuendi est de præceptis iuris ciuilibus que pertinet ad præcepta iuris, vt honeste viuatur, quorum iudex est executor. Paul. & Claud. de Scicello, in l. iustitia ff. de iust. & iur. per tex. in l. consensu §. i. C. de repud. & ideo in hoc sacratissimo Senatu, die vlt. Aprilis, anno 1538. fuit dictum contra sacerdotes Melden. quatuor vel quinque, de quibus constabat curiæ per infirmationes esse concubenarios, quod caperentur, & omnes concubinae expellerentur à domibus illorum, & præciperetur eisdem concubinis sub pœna fustigationis, ne ad domos dictorum sacerdotum amplius accedere, vel commorari auderent, & quod D. Meldè. episcopus crearet vicarium qui istos concubenarios puniret.

Arrestum.

Arresta.

Audiui etiam iudicari abusuè concessum, si officialis requisitus à iudice laico, moneat clericum sub pœna excommunicationis, vt soluat, si inserat clausulam, nisi coram nobis causam allegare voluerit, quia illa clausula non debet (vt regales dicunt) poni, aliàs semper haberet cauiam cognitionem rei iudicate, & alterius cuiuslibet rei ad iudicem laicum pertinentis, quod non permittunt regales, vt fuit pronunciatum in Senatu, anno 1542. die 25. Septemb. nisi assignaretur oppositio in parlamento, vel coram eo qui sententiam protulit. [& per constitutiones Sabaudie statutum est vt ipsæ concubinae clericorum viris cædantur, & in exilium per septennium mittan-

tur. in libr. 3. tit. de concubinis virorum ecclesiasticis. & prohibet ne procedatur contra ecclesiasticos à secularibus: & bonum est semper procedere contra concubinas, & eas sic expellere: & qui eis abuti vellet licet esse.]

Episcopi in suis synodis statuta ista publicare, & moneere subditos debent, vt concubinas dimittant.

§. iubemus a insuper quod in prædictis Synodis & Capitulis præmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant diligenter.

a §. iubemus.) Vult hanc constitutionem publicari in Synodis, & Capitulis & moneere omnes subditos in illis Synodis, vt concubinas, si quas habent dimittant, aliàs sunt comminanda pœna in eos sed hodie cum episcopi tantum curent pecuniam, & valorem episcopatus habere, non animarum curam, hoc ferè negligitur ob defectum superiorum.

Iniungit secularibus, ne aliquid impedimentum prelati procedentibus aduersus suos subditos pro concubinato, & aliis casibus à iure permissis inferant.

§. Iniungimus a præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocumque qualitate colore prelati, qui ratione officii sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinato & aliis casibus sibi à iure permissis procedunt.

a §. Iniungimus.) Principes vel alii quicunque sint, non debent impedire iurisdictionem ecclesiasticam vt hic prohibetur, & in c. si. de reb. eccl. non alie. aliàs ipso facto sunt

legitimè factum non meretur pœnam, tū quia magnæ sapientiæ est reuocare quod malè egeris. c. magne. 22. q. 4. Bar. conf. 118. in 2. incipiente, verba in matrimonii. in 1. vol. Tutius est, quod iudicio Ecclesiæ fiant secundæ nuptiæ.

Concubinae expellende & spoliade Notandum est, quod subtili ingenio sunt istæ concubinae expellende à domib. istorum canonicorum, & aliorum clericorum, ut in simili dicitur. in l. 2. C. de commer. merca. An possint expelli extra ciuitatem.

An possint expelli extra ciuitatem, dixi in ordina. S. Ludo. olim Regis Francie, in rub. que les ribauldes communes, & c. vbi etiam dixi, an & quomodo debeant spoliari, & an sint restituende post spoliationem. Quod non, quia autoritate iuris vel iudicis spoliatus non restituitur. gl. in summa. 3. q. 1. vbi limitat, quando non seruaretur ordo iuris. & gl. in c. arguta. 2. q. 6. Item quando à nō suo iudice esset spoliatus, vel extra iudicium, etiam à suo iudice. Host. in summa. de restit. spol. §. quando. in prin. & Spec. in ii. de petitor. §. quoniam. vide in add. ad Pan. in c. dilectus. 1. de resc. Domin. conf. 136. dominus. col. 2. & las. conf. 9. facti series. in 3. vol.

Item non restituitur quis quādo immineret scandalum. las. conf. 38. in causa. col. 1. in 3. vol. gl. sing. 1. in c. in prinis. 2. q. 1. secundu Barb. in tract. de prest. Card. in 1. q. prime partis. nu. 48. col. 12. est tamen altera in c. ad petitionem, in verbo, restituendus. de accus. & 3. q. 1. in summa. vide so. limitationes ad regulā spoliatus, & c. per Corser in tract. de potest. regia. q. 72.

Cautela pro vxore contra maritum concubinariū. Cautela singularis est pro vxore, quæ habet maritum concubinariū, vt vxor suadeat illi marito, quod promittat mille ante os cuidā amico, vel vxori, si redierit ad concubinā. & si promiserit, talis stipulatio valebit. rex. sing. in l. parte. §. mulier. ff. de verb. obl.

quamais stipulatio pœnalis ad contrahendum matrimonium non valeat. l. Titia. ff. de verb. obl. c. gemma de spons. Tamen propter bonos mores, seruandos in matrimonio hæc valebit, vt ibidem Bart. & alii dicunt. & Bal. in l. vlt. in fi. C. de spons. nam etsi matrimonium liberum debet esse, tamen executio matrimonii debet esse honesta, nec quicquam debet alter committere, lædens pudorem matrimonii, & sic consului in Mō-

Promissio pœne ne quis ludat valet.

tepeffulano. Imò fortius valet stipulatio pœnalis facta amico, quod Titius ludat, promittit centum aureos, & per hoc extrahitur à ludo; & ita consului apud Buiriges pro quodam mercatore, qui promiserat, & tenet Paulus Arret. & alim à Sum-lier.

Si tamen tutori, vel consanguineo pupillæ data fuerit pecunia, vt pupillam daret nuptui. Titio, illa pecunia non potest repeti. gl. sing. in l. qui sine. n. verb. accepti. ff. de ne pœnis pœn. gottis gestis. quān sing. notat Bart. in c. Ray. natus. col. 25. de testa. nec est simonia sic recipere pecuniam, vt contrahi matrimonium suadet. Bal. in rub. C. de spons. tamen si tutor dolo versatus fuerit, vt quia dedit pupillam indigno, tenetur ad interesse pupillæ: teste Angel. in d. l. qui sine. & nota quia sæpe corrumpuntur tutores propter pecuniam consanguinei in puellis nuptui tradendis. teste Cy. & Bald. in l. si pater, per illum. de res. C. de sponsa. & anno 1538. die 7. Ianuarii, quidam emendam honorabilem fecit in palatio, qui suaserat & induxerat iuuenem ad contrahendum matrimonium cū sua consanguinea. In alias licet videre gl. prag. quæ plenius tractant materiam [Et nouissime in insigni Ecclesiæ Viuarien. canonicus D. Bermond Chouero. qui singula tex. verba prosequitur, ac materiam fuis explicat in suo tract. de publi. concubina.] [Nota sequentia auth. hic titulus locum habet.]

Primò quod ciuitas, locus, aut dominus deliquerit, seu culpam, vel causam commiserit in iudicem ecclesiasticum, vel personam seu rem ecclesiasticam, ibi: nisi ex causa vel culpa.

Secundò quod ista causa seu culpa tangat iudicem ecclesiasticum: alioqui si seculari mulcta imponeretur: ob id dicitur hic ecclesiasticum inter dictum.

Tertiò quod hæc culpa proveniat à domino illius loci seu rectoris vel officiali.

Quarto si culpa ex priuata persona emanauerit, oportet quod prius excommunicetur, & publicè nunciatur à iudice ecclesiastico & in ecclesia publicetur.

Quintò quod domini locorum requiratur

tur, vt ex templo illum excommunicatum expellat.

Sexto quod domini requisiti intra biduum non efficiant cum effectu, scilicet, vt si semel ab ecclesia expulsus fuerit, interu non ingrediatur.

Septimo quod illam personam excommunicatam non compulerit ad satisfaciendum: quia si eam compulerit cum effectu, videlicet eam incarcerando, tunc non subiicitur interdicto: alioqui secus.

Octauo quod si post interdictum persona satisfecerit, sine alia absolutione vel reconciliatione, mox diuina reassumi poterunt.]

De excommunicatis non virandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos, aut suspensos, nisi specialiter publicati & denunciati fuerint, aut notorie constiterit, in sententiam excommunicationis incidisse, per hoc tamen non releuatur in aliquo excommunicati, sed vt timoratis conscientis prouideatur. hoc statuitur.

STatuimus a insuper quod ad vitandum scandala & multa pericula, subueniendumq; conscientis timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentoru administratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra, pretextu cuiuscunque sententie aut censura Ecclesiastica, seu suspensionis, aut priuationis, ab homine vel a iure generaliter promulgata, teneantur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticu obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura, huiusmodi fuerit, vel contra personam, col-

legium, vniuersitatem & ecclesiam, aut locum certum, aut certam a iudice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, neque eis quomodolibet suffragari.

STatuimus.) Potest in tres diuidi partes, in prima ponitur ratio constitutionis edendae, in secunda ponitur constitutio, ibi, quod nemo deinceps. in tertia, ibi, per hoc declarat nolle per hanc constitutionem releuare excom-

municatos, suspensos, vel interdictos. *Excommu- nicatio an- tica, quod licet excommunicatio liget ab- sentem & ignorantem quo ad vinculum, non tamen quo ad poenam ante scientiam*

Notandum est dictum solenne in practica, quod licet excommunicatio liget absentem & ignorantem quo ad vinculum, non tamen quo ad poenam ante scientiam *gl. in c. quanto. 2. q. 5. & in c. Apostolica. de except. & c. illud de cler. exc. mi. Ro. cons. 336. circa. facit quod no. las. in l. fi. col. 8. nu. 46. & seq. ff. de c. m. p. m. & ideo si excommunicatus iuste ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, non est irregularis. Anch. in cap. 1. not. 6. de concef. preb. in 6. & ibi etiam dicunt doct. non posse ob hoc priuari beneficio.*

Quid si fuerit eidem factum preceptu, vt soluat intra mensem ratione instrumenti facti per notarium, post mensem celebrat, quid iuris? quaest. pendet. consului quod non est irregularis ante notificationem, quia potest probabiliter ignorare an pars requisierit, & episcopus concesserit excommunicationem, instar eorum, quae notantur supra in gloss. vacantia. §. volu-